Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

In explanatione sua multa ad loquendum sci euangelii lectio postulat. Qm uolo si possim sub breuitate pstringere ne uos et extensa pcessio et plura expositio uideat onerare. Regnu celoꝝ patrifamilias simile dicit qui ad colendam uineam suam opariosꝝ conducit.

℟. Cum deambularet in paradyso dominus ad auram post meridiem clamauit et dixit adam. ubi es audiui domine uocem tuam et abscondi me. ℣. Domine audiui auditum tuum et timui et abscondi. Quis uero patrifamilias similitudine rectius tenet qm conditor noster qui regit qs condidit et electos suos sic in hoc mundo possidet qsi subiectos dns in domo. Qui habet uineam uniuersam scilicet ecclesiam que ab abel iusto usq; ad ultimum electum qui in fine mundi nasciturus est quos scos prouidit quasi tot palmites misit. ℟. In sudore uultus tui uesceris pane tuo dixit dominus ad adam cum operatus fueris terram non dabit fructus suos sed spinas et tribulos germinabit tibi. ℣. Eo quod obedisti uoci uxoris tue plus qm mee maledicta terra in opere tuo. Non dabit.

Hic itaq; patrifamilias ad colendam uineam suam mane hora tertia sexta nona et undecima opariosꝝ conducit qa a mundi hui initio usq; in finem ad erudiendam plebem fidelium pdicatores congregare non desistit. ℟. Ecce adam quasi unus ex nobis factus est scienus bonum et malum uidere ne forte sumat et de ligno uite et uiuat in eternum. ℣. Cherubin et flammeum gladium atq; uersatilem ad custodiendam uiam ligni uite. Vidit.

Mane etenim mundi fuit ab adam usq; noe. hora uero tertia a noe usq; ad abraham. sexta quoq; ab abraham usq; ad moysen. nona autem a moyse usq; ad aduentum dni. undecima uero a aduentu dni usq; ad finem mundi. In qua pdicatores sci apostoli missi sunt. qui mercedem plenam tardie uenientes acceperunt. ℟. Vbi est abel frater tuus dixit dominus ad cain. nescio domine numquid custos fratris mei sum ego et dixit ad eum quid fecisti ecce uox sanguinis fratris tui abel clamat ad me de terra. ℣. Maledicta terra in opere tuo. que aperuit os suum et suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Ecce uox. Mat. p.

Miserere mei ds et a delicto meo munda me quia tibi soli peccaui. ℟. Confitebor tibi domine quoniam exaudisti me. ℟. Deus ds meus ad te de luce uigilo quia factus es adiutor meus. ℟. Benedictus es in firmamento celi et laudabilis in secula ds noster. ℟. Laudate dominum de celis. ℟. Ego dixi domine miserere mei. ℣. Sana animam meam quia peccaui tibi. Euan. ℟. Simile est enim regnum celorum homini patrifamilias qui exit primo mane conducere operarios in uineam suam dicit dns.